


titul. 5. parit. 5. Gratianum disceptat. c. 255.
 28. Et an si res donata solvatur per donatorem, & postea ad eum revertatur, conveniri debeat in quantum facere potest: vide Barbofam in leg. maritum, Digesti. soluto matrimonio, numero 30. & plura per Cancernium, variarum prima parte, c. 9. ex num. 111. & secunda parte, capite 9. num. 6. ubi quid si uterque est in pari necessitate?

Item adde quod si quis donavit omnia bona, reservata aliqua re ad disponendum de ea, donatio respectu totius perfecta remanet, si de dicta re non disponat; ut ex pluribus probat Nogue-rol. allegacione 19. num. 116. Salgado in labyrintho creditorum, parte secunda, cap. 18. num. 61. de quo etiam plura Hermosilla leg. 9. titul. 4. parit. a quinta, gloss. 1. num. 10. & Cancernius 3. part. cap. 7. ex numero 389. ubi quid de bonis postea quaesitis.

Item quod donator non possit conveniri ultra quam facere potest, notissimum est, ut apparet ex supra allegatis initio hujus capituli & ex Baëça in tractatu de inope acchieve, cap. 1. Gutierrez de juramento confirmatorio, tertia parte, cap. 15. Olualdo ad Donellum lib. 27. cap. 9. ubi late, Scaccia de re judicata, glossa 14. quest. 11. ex num. 57. Barbofa in leg. maritum, Digesti. soluto matrimonio, & in leg. alia, eleganter, num. 35 ubi an possit renuntiari hoc privilegium? Hermosilla l. 4. titul. 4. parit. 4. gloss. 3. ex num. 5. qui alios plures refert, & notissime D. Larea de lib. Gratianens. 66. ex num. 25. ubi num. 27. ex Barbofa supra, & Connano lib. 8. commentariorum, cap. 9. numero 9. duo specialia refert in donatore, inter alios qui hoc privilegium habent, primum, ut habeatur ratio, ne possint creditores extorquere quod relictum fuerit, debet enim res alienam antea deduci, ut etiam explicat Carlevalius infra, disputatione 30. num. 13. secundum, ut licet donator perveniat ad pinguiorem fortunam, non teneatur restituere quod semel deductum fuit ad ejus alimenta; vide etiam Carlevalium de iudiciis, disputatione secunda, numero 173. ubi quod hoc privilegium non amittitur, quamvis in solidum condemnatur, & in tom. 2. titul. 3. disputatione 10. numero. 22. ubi quod hoc beneficium competit donatori, si obligato personaliter, si personaliter & realiter, vide eum etiam num. 12. & sequentibus, ubi alia, & disputatione 25. ex num. 15. Item de fidejussore, & herede, vide in dicta disputatione 30. ex n. 21 ubi quod nec fidejussori, nec heredi competit dictum privilegium; & per totam disputationem, late explicat illam questionem & maxime controversam, utrum creditores posteriores ex causa onerosa præferantur anterioribus ex causa lucrativa, quando illi omnes sunt hypothecarii; & resolvit esse præferendos: referens pro ea, Gutierrez in tractatu de juramento confirmatorio, tertia parte, capite decimo quinto, ex numero decimo nono. Carralcum ad legem Recopilacionis, cap. 11. art. 3. ex num. 205. & num. 215. & seq. & Molinam de justitia, tom. 2. disputationi. 403. & alios.



CAPUT V.

De Societate.

SUMMARIUM.

- 1 Societas quomodo celebretur, & an possit fieri in perpetuum.
- 2 Societas, an possit fieri super omnibus bonis, vel super aliqua parte eorum.
- 3 Societas facta in omnibus bonis, an extendatur ad futura.
- 4 Societas contracta simpliciter, an extendatur ad bona quocumque titulo quaesita.
- 5 An valeat pactum inter socios, quod lucrum & damnum inter eos inaequaliter dividatur.
- 6 Quibus modis finitur societas.

QUARTUS contractus qui consensu contrahitur, est societas, quando duo vel plures contrahunt societatem, vel communionem omnium bonorum, vel partis vel certæ negotiationis, lucro & damno inter eos communicato. Nam talis contractus perficitur, & celebratur solo consensu partium, sine alia juris solemnitate, & est licitus & iustus, ex eo quod lucrum & damnum communicatur: text. est in l. 1. & per totum ff. pro socio, textus in l. 1. & per totum Cod. eodem titulo, & textus in §. 1. & per totum. Institut. de societate, idem disponit l. 1. & totus tit. 10. §. 1. part. Pro cuius perfecta declaratione quaero, an societas possit fieri in perpetuum, vel tantum usque ad certum tempus; Et resolutivè dico quod potest fieri in perpetuum, hoc est quoad vitam contrahentium, vel usque ad certum tempus, vel ex tempore, vel sub conditione; text. est in l. 1. ff. pro socio; Cujus verba sunt: Societas contrahi potest vel in perpetuum, id est dum vivunt, vel ad tempus vel ex tempore vel sub conditione. Non verò potest fieri in perpetuum, id est sine praesentione temporis, textus est in l. nulla ff. pro socio. Cujus verba sunt: Nulla societas in aeternum, & ibi communiter Doct. Cujus ratio potest esse: quia ex tali societate inducitur quædam species servitutis, diminutio libertatis, ut non possit is liberè uti sua persona, & suis bonis, contra regulam text. in l. Titio centum, §. Titio de iur. 2. ff. de cond. & demon. text. in l. nihil ff. de lib. homin. exhib. text. in l. nec emere. C. de iur. deliber.

Item quaero an societas possit fieri super omnibus bonis, vel tantum super aliqua parte eorum: Et resolutivè dico, quod bene potest fieri super omnibus bonis tam praesentibus quam futuris, vel super aliqua certa negotiatione, text. est in l. societas contrahitur ff. pro socio. Cujus verba sunt: Societas contrahitur sive universorum bonorum, sive negotiationis alienius, sive vestigialis, sive etiam rei vicis, text. in §. 1. Institut. de societate, & ibi communiter Doctores.

Item quaero, quando societas simpliciter fit super omnibus bonis, an extendatur ad futura? Et videtur quod non: quia quando tractatur de magno praedicio, ut de alienatione rei & transferendo dominium, contractus vel dispositio non extenditur ad futura, ut venditio, legatum, vel confiscatio, text. in l. in re totum, ff. de auro & argen. leg. & ibi Bartol. & communiter Doctores, textus

textus in l. si mandavero tibi, §. si cuius bona ff. mand. Sed societas est hujusmodi, ergo &c. Sed his non obstantibus contrarium est dicendum Imò quòd extendatur ad futura, textus est, in l. societas univ. sicut fortunarium ff. pro socio, textus in l. si quis societatem contraxerit, eodem titulo, & ibi Gloss. ordinaria in l. si C. que res pign. oblig. ff. pro socio. Nec obstant praedicta jura contraria; quia procedunt quando resultaret grave damnum, & praedictum contrahenti, secus verò in nostro casu: quia cum societas sit reciproca, vicissitudinaria, non censetur fieri praedictum partibus, quia lucrum & damnum debet per manerari, ita tenet & declarat Cyn. Bald. Salyc. & communiter Doctores in dict. l. si C. que res pign. oblig. ff. pro socio, tenet etiam Bartol. in dict. leg. si sic legat. ff. de auro & argen. leg. 1. colum. 3. oppos. Confirmatur per text. singularem & unicum in suo casu, in l. de fideicommissa, Cod. de translat. ubi habetur, quod valet remissio & renunciatio fideicommissi reciproci, etiam inter minores propter dubium eventum, adeò quod non habet locum restitutio ex persona alicujus, & ad hoc illum text. summè notat & commendat ibi Bald. Paul. Salycet. Jafon, & communiter Doctores, & reputat singularem & unicum in l. cum Archimedes locum, Cod. ut in posse ff. legat. 1. colum. Item etiam confirmatur per textum singularem & unicum in l. si Cod. que res pign. oblig. ff. ubi habetur quod obligatio & hypotheca bonorum simpliciter facta, extenditur ad futura, quia in eo consideratur modicum praedictum, & hoc reputat singularem & unicum Bald. & communiter Doctores ibi.

Item quaero, an inter socios ex solo titulo, vel contractu transeat ipso jure dominium, & possessio pro suis partibus sine traditione? Et breviter dico, quòd in bonis praesentibus, jam quaesitis, bene transit, sed in futuris postea quaerendis, non: textus est in l. 1. ff. pro socio, in l. si ff. pro socio. & ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alberic. & communiter Doctores, text. in l. si quis societatem contraxerit, §. 1. tit. & ibi etiam communiter Doctores. Cujus ratio est: quia quilibet socius videtur habere, & tenere bona sua nomine proprio, & alterius socii, tanquam per clausulam constituti, secundum Doctores ibi. Sed certè ista eadem ratio etiam videbatur militare in bonis futuris, & sic hodie habemus singularem legem partitarum quæ hoc corrigat, & expressè vult, quòd imò ex hac ratione dominium, & possessio transeat ipso jure pro sua parte in socium, etiam in bonis futuris, postea quaesitis, ita disponit l. 47. titul. 28. 3. part.

Item quaero, an societas simpliciter contracta extendatur ad bona quocumque modo & titulo quaesita? Et resolutivè dico, quòd tantum extenditur ad bona mobilia, & immobilia, & jura, & actiones titulo lucrativo. Ex quo deducitur, & inferitur, quòd non extenditur ad bona quaesita per donationem, hereditatem, legatum, vel aliam speciem ultimæ voluntatis, quia ex natura societatis tacitè videtur actum, quòd illud quaeratur inter socios, quòd quaeritur ex opera, industria, & diligentia eorum: non verò illud quòd quaeritur propter benemerita, vel amicitiam, vel affectionem persone, cujus occasione videtur emanare causa lucrativa, textus est capitalis & expressus in l. coirs, cum l. leg. ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria, Bartol. Alberic. Baldus, Salyc. & communiter Doctores. Quod extendit etiam societas fuit causa & occasio illius donationis, ut si

propter negotia societatis unus socius accessit ad principem, & sibi donavit aliqua bona, quia non communicatur: ita Bartol. in l. socium qui in eo §. socius, ff. pro socio, & alii Doctores. Secus tamen est, si societas specialiter fiat, hoc actò inter partes, quòd extendatur etiam ad bona quaesita titulo lucrativo, quia tunc bene extenderetur, textus est in l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit lex 9. titul. 10. §. part. Unum tamen est, quòd si inter socios conventum sit, quòd legitima, & iusta hereditas dividatur, tantum communicabitur inter eos hereditas, quæ provenit ab intestato, non verò quæ provenit ex testamento, textus est expressus a in l. 3. §. de iur. ff. pro socio, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores: notat etiam & declarat Jafon in l. unico, Cod. quando non proter, part. 1. colum. numero 3. & ibi Decius 2. colum. numero. 2.

Item quaero, an valeat pactum inter socios, quòd lucrum & damnum inter eos inaequaliter dividatur, & unus ferat majorem partem, quam alter? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd quando patrimonium, vel capitale est æquale, non valet praedictum pactum, sed æqualiter debet fieri divisio. Quando verò patrimonium, vel capitale est inæquale, bene valet praedictum pactum: imò tacitè inest ex natura contractus, ut pro rata, & portione competentis fiat divisio. Quando verò unus ponit patrimonium vel capitale, alius verò industriam, laborem, & operam persone, tunc valet pactum, quòd lucrum & damnum æqualiter dividatur, imò etiam si nihil inter partes actum sit, isto casu debet inter eos æqualiter fieri divisio: quia talis industria, labor & opera unius compensatur cum patrimonio, & capitali alterius; imò multoties præponderat ei, textus est capitalis & expressus in l. si non fuerint, ff. pro socio & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alberic. & communiter Doctores in l. societas contrahitur, vers. 1. cod. tit. text. in l. 1. Cod. eodem tit. text. & in §. 1. 2. Institut. eodem titulo, idem disponit l. 2. tit. 10. §. part. Confirmatur etiam ratione: quia societas habet in se jus quoddam fraternitatis; nam sicut fratres inter se debent habere æqualitatem & concordiam: ita etiam socii, text. est in leg. verum, ff. pro socio, & ibi communiter Doctores cum similibus.

Ex qua regula & doctrina primò inferitur, quòd non valet pactum inter socios, quòd fiat inter eos inæqualis divisio, & unus ferat majorem partem, lucrum vel emolumentum, quam alter; quando patrimonium, vel capitale est æquale, & non vitiat vel annullat contractus, sed pactum: quia est contra naturam & substantiam contractus, ita probant praedicta jura, probat etiam textus in l. un. manu salata ff. de contrahend. empt. textus in l. cum precario, ff. de precario, & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in l. si non fuerit, ff. pro socio, & ibi communiter Doctores, & tenet Azo in Summa, Cod. eodem titulo, 2. colum. numero. 9. Olosted. Cyn. Bald. Salyc. & communiter Doctores in l. 1. eodem titulo.

Secundò inferatur, quòd non valet pactum, ut unus socius habeat partem lucri, alter verò totum damnum, text. est in l. si non fuerit, §. Aristo, ff. pro socio, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit l. 4. §. 1. tit. 10. §. part. Non tamen intelligas, quòd societas sit nulla, sed quòd pactum inæquale vitietur, & pro jure annulletur.

Tertio inferitur, quod si quis mutuavit, vel dedit alteri pecuniam, ut eam expendat, & negotietur cum ea, hoc pacto & conditione, ut semper sit domino salva, & non sequatur aliquid damnum & si cum ea lucretur, habeat partem lucri, tale pactum, & conditio non valet, sed est omnino nulla, reprobata, quia non est licita, & reciproca societas, sed proprie usura, & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Paulus de Castro. in l. i. qui, §. 1. ff. commendar. ubi valde commendat, & dicit perpetuo ligandam digito, ut in ea non eretur, & ante eum tenet Baldus in l. 1. Cod. pro socio 4. column. 9. quæstion. Salycet. in auth. ad hoc Cod. de usur. 4. column. 14. quæst. Glossa ordinaria in cap. plerique. 14. column. quæst. 3. & ibi Doctores, Abbas Panorm. in cap. per vestras, dona. inter vir. & uxor. 2. column. numer. 8. Joann. Calder. in cap. naviganti, de usur. Salycet. ubi reputat notabile in l. Mutius ff. pro socio. 2. column. numer. 2. Sum. Angelica in parte societatis. 3. column.

Quarto infero, quod si quis mutuavit, vel dedit alteri pecuniam, pacto apposito, ut lucrum & damnum communicetur, vel nullo pacto apposito, ut mercator, vel recipiens dederit, & solverit ipsi creditoribus, & quolibet anno aliquam pecunie quantitatem pro lucro absque calculo & computatione alicujus negotiationis facta inter eos, quod talis creditor non justè recipit, imò censetur usurarius in foro conscientie, & etiam rigore justitie tenetur solventi restituere, quia est usura mentalis. Et ista sententia, & conclusio aperte fundatur ex superioribus, & probatur etiam per text. in cap. consilium, & in cap. fin. de usur. juncta communi opinione. Et fundatur etiam ratione: quia non est verisimile, quod creditor diu relinquere pecunias penes recipientem sine spe illius præmii, cum nemo videatur jactare suum; argumento textus in l. cum indubito, ff. de probat. cum similibus. Item etiam quia debitor non videtur sponte, & ex liberalitate solvere, sed timore, ne creditor ab eo exigat pecuniam, maxime si concurrat præsumptio ex qualitate personarum, & ita pluries dixi & consului, quod reputo notandum, & menti tenendum, & in expresso ita tenet Sum. Angelica in part. societatis, column. numer. 7. cum seq. & ita videtur tenere Bald. in singulari quæstione, quam ponit in l. 1. ff. de jurejur. 36. quæst. versic. sed juxta præmissa queritur, ubi in effectu concludit quod si Rex vel Princeps publicè promiserit certam summam ultra sortem omnibus sibi mutuantiibus, est usura. Unum tamen est, quod si debitor, qui recepit pecuniam illam, solverit creditori, & insuper tunc, vel ex intervallo aliquid plus dederit, vel solverit creditori in pecunia, vel alia qualibet re, nullo præcedente pacto tacite, nec expressè de illa pecunia, vel re solventa, sed ipse debitor sponte causa remunerationis voluit solvere, potest creditor licite, & justè recipere, tanquam donatio liberalis, & gratuita, quæ sit nulla obligatione cogente, & in terminis ita videtur tenere Baldus in dist. la. 2. ff. de jurejur. 36. column. ubi dicit, quod remuneratio antidotalis est licita, etiam in mutuo, sicut in alio beneficio, quando sit nulla præcedente obligatione tacita, vel expressa, in expresso ita repetio quod tenet Paulus de Castro qui singulariter loquitur, in l. rogasti, §. si ribi, ff. si cor. pet. in fin. idem Paul. in l. pen. in fin. ff. de condit. ob sup. caus. Bald. in l. 1. ff. pro socio, penult. column. numer. 1. S. Thomas cap. 1. quæst.

78. art. 2. Lud. Roman. in l. singulari, ff. si cert. pet. 6. column. numer. 273. & ante eos Joan. And. in reg. peccatum, de reg. jur. in 6. in Mercurialibus, 1. column. in fin.

Item quarto qualiter, & quibus modis finiatur societas? Et breviter, & resolutivè dico, quod primo modo finitur expressa voluntate partium, textus est in l. 4. vers. 1. pro socio. Cujus verba sunt: Dissociamur renunciatione, morte, capitis diminutione, & egestate, textus in leg. virum. §. fin. eodem titul. textus in l. tandem, Cod. eod. titul. Cujus verba sunt. Tandem societas durat, quamdiu consensus partium integer perseverat, textus in §. manet, institut. eodem titul. Cujus verba sunt, Manet autem societas eo usque, donec in eodem consensu perseveraverit, & cum aliquis renunciet societati, solvitur societas. Quod extendit, etiam si inter partes actum fuerit, quod societas non posset dividi, quia tale pactum non valet, tanquam contra naturam, & substantiam contractus. Ita probat textus in l. si convenit, ff. pro socio, & ibi notat Bartol. Imò quod magis est sufficienter voluntas procuratoris, specialis vel generalis, textus est in leg. actione, §. renunciare ff. pro socio, & idem disponit l. 11. titul. 10. §. part. Unum tamen est, quod talis dissolutio societas oportet quod denuntietur, & intimerur omnibus his, qui aliquo ex sociis jure societas possunt contrahere, ne alter socius invitè obligetur, cum contrahentes non sint certi; requiritur, quod fiat proclama, vel ponatur edicta in locis publicis, ut perveniri possit in notitiam eorum. Et idem est, quando quis haberet aliquem insitorem, exercitorem, vel factorem, præpositum alicui negotiationi, vel mercantie, vel haberet Procuratorem generalem ad contrahendum, vel solutiones recipiendas à debitoribus suis, ut sæpe habent isti mercatores divites. Nam si postea efficiatur suspectus, & dominus velit mandatum, & administrationem revocare, debet hoc publicè denuntiare, & intimare per proclama publicum, vel proponendo edicta publica, quibus revocatio mandati possit pervenire in notitiam omnium, ut non contrahant cum eo. Et consilium est, quod intimatio, & denuntiatio fiat utroque modo per proclama, edicta publica, & debent poni verbis manifestis, & loco publico, & non clandestino, & ibi debent permanere, nec statim tolli, text. est capitalis & expressus in l. sed & pupillus, §. de quo palam prescripsum fuerit, ff. institutio, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Bart. Odofred. Albert. Bald. Angel. Paul. Salycet. Fulgos. & communiter Doctores. Secus tamen est si procurator esset specialis vel particularis ad contrahendum cum certa & determinata persona: quia tunc, si per dominum revocatur mandatum, debet revocatio denunciari, & intimari illi personæ, cum qua debebat contrahere. Ita probat textus in l. vero procuratori, §. 1. ff. de solut. text. in leg. si cum quis, §. si debitorem, cod. tit. text. in leg. si cum Cornelius, de rit. textus in l. si sub pupillo, 1. vers. 1. ff. mand. et. text. in l. si mandasset, eod. titul. textus in l. si pecuniam, §. item si quis, ff. de condit. ob caus. text. in l. procurator, ff. de procur. textus in leg. sed & si socius, §. 1. tra socio textus in l. 1. §. sed ego, ff. quod insti, textus in leg. si tamen, ff. ad Acced. & in expresso ita tenet & declarat Cynus in leg. mandatum, Cod. no. ar. ar. fin. column. & ibi Bald. & communiter Doctores, Bart. in leg. qui hominem, §. si Titium, ff. de solut. & ibi Paul. & alii Doctores. Idem Bartol. in leg. non solvitur, §. morte, ff. de novi oper. nu. 4. §. ultimo, numer. 9. & ibi

& ibi Rom. 1. column. Alexand. 6. column. numer. 20 Jalon. & communiter Canonistæ in cap. ex parte Decani, de rescript. Imol. in elem. 1. de renunc. Angel. in §. recte, instit. manda. & ibi alii Doctores. Jalon. in leg. ab eum, infra isto titul. de verb. oblig. numer. 52. Confirmatur, quia regulariter, quando actus respicit aliquam certam personam, quæ ex eo posset lædi, illa est vocanda, & citanda specialiter, & particulariter. Quando verò non dirigitur ad certam personam, sufficit citatio generalis per proclama, vel edicta argumento text. in l. 1. §. denuntiare, ff. de venire inspic. & in leg. nam ita dicitur, ff. de adoptio. & istam regulam & doctrinam ponit Bartol. in l. si eo tempore, Cod. de remiss. pign. Adde tamen quod si post mandatum generale vel speciale talis procurator mutavit conditionem suam in deterius, & est factus suspectus, & fugitivus, eo ipso videtur revocatum mandatum, & non requiritur aliqua intimatio; textus est singularis in leg. si cum Cornelius, ff. de solut. & ibi notat & commendat Bartol. Alberic. & alii Doctores. Probat etiam textus in leg. cum quis eodem rit. textus in leg. libera ff. de peccat. tex. in leg. quod servus, ff. de post. textus in leg. p. per heredi, ff. de testament. tut. & utrobique communiter Doctores. Secundò finitur morte alicujus socii, quia Contractus societatis virtus & effectus non transit ad hæredes. Et in tantum hoc est verum ut procedat, etiam si sint plures socii, & unus eorum moriatur. Nam per mortem unitus societas finitur, quoad omnes. Ita etiam in tantum est verum, ut procedat, etiam si actum fuit, ut transfret ad hæredes, quia per tale pactum impeditur libertas.

Item etiam, ne in consequentiam successionis quis efficiatur socius invitè; lucrum tamen vel damnum præteritis societatis, & actio, & obligatio ejus benè transit ad hæredes, & in eo acta per defunctum debent per eos explicari, textus est expressus in l. 4. vers. 1. ff. pro socio, textus in l. nemo, la. 1. eod. rit. text. in leg. hæres socii, eodem titul. textus in l. vero, numer. §. in heredem, eodem titul. Item textus in leg. actio, §. morte, eodem titul. text. in §. solvitur, institut. eodem titul. & idem disponit lex 10. titul. 10. §. part. Tertio modo finitur societas lapsu temporis, per quod fuit contracta, text. est notabilis in leg. verum, §. fin. ff. pro socio & ibi communiter Doctores, textus in §. manet, institut. eodem titul. Et adde, quod hoc casu finito tempore societas unus socius non tenetur pro contractibus gestis per alium, etiam si aliqua certior ratio, vel intimatio non sit facta creditoribus, vel contrahentibus. Et idem est quando certis modis vel conditionibus fuit inter eos contracta societas, & aliqui eorum contraxit illis modis, vel conditionibus non servatis, quia alter socius non tenetur, cum ejus intentio non fuit aliter se obligare, & imputandum fit creditoribus, & contrahentibus, qui non inspererunt formam, & tenorem societas. Et idem est in insitore, vel procuratore posito ad tempus, sub modo, vel conditione: quia post tempus, vel ultra illam modum, vel conditionem, non tenetur dominus.

Nec obstant jura superius adducta, quæ dicunt & probant, quod finit, & dissoluta societas, vel voluntate partium, debet fieri intimatio, & certioratio omnibus, qui cum eis poterant contrahere: quia debet intelligi, quando societas simpliciter fuit contracta, vel ad tempus, & durante tempore fuit inter eos dissoluta societas. Secus verò, quando societas fuit contracta ad

tempus, vel sub modo, vel conditione non servata non tenetur unus socius pro alio, nec dominus pro insitore, vel procuratore. Ita probat textus in l. 1. §. non autem, ff. de exercitoria, & ibi notat & commendat Paul. de Castro, textus in l. sed si pupillus, §. conditio, ff. de institutio, & tenet etiam & reputat singularem Philippus Decius in l. si socius, ff. si cert. pet.

ANNOTATIONES.

Textus est expressus in l. 3. §. de illa. Ad hunc text. in l. 3. §. de illo, ff. pro socio & materiam, videt Alexand. conf. 56. lib. 2. Dec. in l. 1. numer. 2. Cuiusmodi non per part. 4. Atet. & Caret Jan. numer. 29. in leg. ult. Cod. de pacti. Aic. in l. leg. obvenire, ff. de verb. sign. Oliver. de sic. ff. ab intest. pag. 210. numer. 11. & 12. & omnino doctissimum ac diligentissimum Arium Pinculum in l. 2. n. 4. cum seq. C. de bon. mater. Unum tamen est, quod talis dissolutio. Si quidem cum durante societate videatur inter se invicem socii mandatum fecisse ad ea, quæ societas expediri gerenda, ut est Gloss. singularis in leg. nemo ex sociis, in verb. alienare, ff. pro socio, quam extollunt. Videndus Alexand. in leg. de pupillo, §. si plerumque, numer. 3. ff. de nov. oper. nunc. Ialon. complures laudans in l. stipulatione, non dividendum, n. 9. ff. de verb. oblig. declarat Dec. in leg. si socius, numer. 2. & seq. ff. si cert. pet. si societas distracta atque extincta innotescat, & consequenter mandatum hoc tacitum revocatum compareat, qui contraxerit, societas complicata devinciet, per jura à nostro Gomezio diligenter in præsentis adducta. Unde dubitandum non est, quia verissima sit Pauli doctrina in leg. si unus ad finem principii, ff. de pacti. posse unum exigere, & illum, qui sit solvitur liberatum profus iri. Que opinio communis est iuxta Jalon. in eand. leg. numer. 1. est ipse per certam recalcitret, & firmet de gabell. 4. par. numer. 19. confert text. in leg. justissimo proponitur, ver. aquum enim, & ibi: id genus, ff. de adil. editi.



ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores de hac materia agentes, referuntur.
- 2 Societas consensu perficitur, & potest fieri in perpetuum. De tacita societate quando contracta videatur. Quando inter fratres contracta videatur societas? Quid si unus conjugum moriatur, & alter remaneat in possessione honorum, an societas cum filiis continuata videatur?
- 3 Societas an possit iniri super omnibus bonis, etiam futuris. Dos an debeat dari filia socii de bonis societatis. In societate omnibus honorum an acquiratur dominium, & possessio ipso jure. Qua communicentur inter socios omnium bonorum & quid si pecunia capitalis amittatur? An privilegium socii pro socio? Que eis imputentur, & quid si capitale amittatur. An si spurii socio possit pater aliquid relinquere.
- 4 Societas omnium bonorum simpliciter contracta an extendatur ad futura.
- 5 Societas simpliciter contracta ad qua bona extendatur.

- Si ex pacto hereditas iusta, & legitima, est communicanda, de qua hereditate est hoc intelligendum.
- 6 An pactum quod lucrum, & damnum inaequaliter dividatur, valeat.
 - 7 An valeat pactum quod fiat inaequalis divisio lucri, vel amalletur contractus? Si quis pecuniam det alteri, ut negocietur cum ea, ut det partem lucri cum conditione, ut semper sit salva, an sit usura.
 - 8 Socius non convenitur ultra quam facere potest.
 - 9 Socius quando teneatur ad debita contracta per socium.
 - 10 De socio non solvente expensas resolutionis rei communis.
 - 11 Creditor societatis an praferatur creditori unius ex sociis.
 - 12 De societate pecundum cum pacto ut mortuificiantur ex sociis natis.
 - 13 De societate in condictione reddituum Regalium, vel Reipublicae.
 - 14 Utrum alius qui non valet iure societatis, valeat iure conventionis?

DE materia societatis latissime agunt præter Scribentes in locis ordinariis, Tufchus littera S conclus. 272. & sequentibus usque ad 315. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. per totum, Surdus in tractatu de Alimentis, tit. 6. quest. 11. Petrus Gregorius in Syntagmat. lib. 27. cap. 4. Mozius, de contractibus, tractatu de societate; Mafcardus de probation. conclus. 1310. Menochius lib. 3. presump. 56. cum sequentibus, Covarruvias lib. 3. variarum cap. 2. & cap. 19. num. 1. Connanus lib. 7. commentar. cap. 13. Gratianus d. spo. pra. cap. 547. Morquecho de divisione bonorum. lib. 2. per totum, Fachinæus lib. 2. controversiarum cap. 96. & sequentibus, Petrus de Ubaldis in tractatu de duobus fratribus, & aliis sociis. Matienzo in l. 2. tit. 9. l. 5. Recopilationis per totam, ubi etiam Azevedus, Pichardus Institut. de societate, per totum titulum, & in §. actionum 28. Institut. de actionibus, quest. 21. & 31. Donellus commentar. lib. 13. cap. 5. & sequentibus, & ibi Oualdus, Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 411. & sequentibus usque ad 421. Silvester & Summistæ, verb. Societas, Scaccia de commerciis, §. 5. glof. 3. ex num. 13. & §. 1. quest. 7. part. 2. amputatione 8. ubi de societate officii, Villadieg. in Politica cap. 8. ex numer. 79. ubi de rationibus societatis quando possint peti? Hermosilla in l. 5. tit. 5. part. 5. glof. 2. ubi plura; Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 25. per totum; Bonacina de contractibus disputatione 3. quest. 6. per totam, Cevallos quest. 297. Gutierrez tom. 4. quest. 59. Bolanus in Curia Philippica, 2. part. §. compateros, & §. navigantes, Narbona in tertiam partem Recopilation. l. 15. tit. 28. lib. 5. §. 1. Valacus consultatione 98. ubi

quomodo socii conveniant, vel conveniantur? Escobar de rationibus, cap. 6. §. 35. & 36. & computatione 22. Felicius in tractatu, de societate, ubi latè materiam explicat, Vincencius Fillucius in questionibus Moral. tractat. 38. cap. 1. & sequentibus. Menochius de recuperanda, venedio 9. ex num. 239. Noguecel. allegatione 11. ex num. 122. Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 2. §. tractatu 4. per totum, Narbona de atate, anno 25. quest. 8. & alii plures penes ipsos.

Ad numerum 1. ibi: An societas possit fieri, & Societatem solo consensu perfici, & posse fieri in perpetuum, vel usque ad certum tempus, ut explicat Gomezius, docent Petrus Gregorius in Syntagm. lib. 27. cap. 4. num. 13. Tufchus littera S. conclus. 279. ubi quod consensu contrahitur, & quomodo? Mantica de conventionibus lib. 6. tit. 1. Menochius lib. 3. presump. 56. num. 3. & sequentibus, Gregorius Lopez in l. 1. tit. 10. part. 3 Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 411. num. 1. ubi quod solo consensu contrahitur; & disputat. 421. num. finali, ubi quod contrahi potest ne duret per totam contrahentium vitam, Lessius de iustitia, libro 2. cap. 21. dubitatione 1. num. 1. & alios referens Pichardus in rubrica Institut. hoc tit. & fere omnes supra citati num. 1. & Otero de iure pascendi, cap. 22. ubi de societate perpetua.

Contrahitur autem tacita societas in multis casibus, de quibus latissime Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 10. & sequentibus, ubi latè agit quando societas omnium bonorum contracta intelligatur; & inter quas personas? Suarez tit. de las deudas, numer. 31. & ibi Valdesius; Menochius de iustitia presump. 57. ubi latissime disputat quando intelligatur contracta societas inter fratres, vel alios sanguine conjunctos; & presump. 57. ubi quando soluta societas renovata presumatur? Tufchus littera S. conclus. 280. per totam, & conclusionem 282. ubi in quo differant tacita, & expressa societas; & que sint requisita ad tacitam; & conclusionem 286. ubi qualiter contrahatur, & dissolvatur tacita societas; Castillo de usufructibus, cap. 3. num. 119. Fachinæus controversiarum lib. 12. cap. 24. Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, l. 5. §. 1. ubi latè materiam prosequitur; & ibi num. 28. quando inter fratres contracta videatur societas; Mafcardus de probationibus, concl. 31. littera A. Gratianus disceptat. tom. 5. cap. 993. Valacus consultat. 65. Avendaño cap. 21. Prætor. 2. part. ex num. 1. & Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 411.

An vero tacita societas contracta videatur, vel antiqua continuata seu renovata; quando uno ex conjugibus defuncto, alter remaneat in possessione bonorum communium; videntur sunt Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilation. glof. 1. ex num. 24. Valacus consultat. 1. one 93. & 166. Azevedus in dicta l. 2. tit. 9. libro 5. Recopilationis, num. 14. Escobar de rationibus, ap. 6. num. 65. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 41. numero 4 qui licet indistinctè societatem continuatam admittant, verius tamen est dictam societatem tacitam in parte locum non habere, qui ut legitime administrator administrasse presumitur, & bonorum adventitiorum ac maternorum filii (suisfructum habet, & sic non teneatur lucra cum illis communicare, licet multa, & magna acquisierit; ut docent cum aliis Morquecho ac divisione bonorum, lib. 2. c. 15. ex num. 35. Cal-

35. Castillo in tractatu 4. de usufructibus, lib. 1. cap. 3. num. 118. quem omnino vides.

Ad num. 2. ibi: Et resolutivè dico, &c. Societatem posse contrahi super omnibus bonis tam præsentibus quam futuris, ut hic resolvitur, docent latè explicantes Tufchus littera S. conclus. 282. par totam, & conclus. 283. ubi latissime explicat, quæ communicet, & ad quid teneatur socius omnium bonorum; Petrus Gregorius in Syntagm. lib. 27. cap. 4. num. 9. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 9. numer. 10. ubi agit ex quibus conjecturis tacita societas omnium bonorum contracta intelligatur, & tit. 15. ubi explicat, quæ debeant communicari cum sociis omnium bonorum; Pichardus in prin. ip. Institut. hoc tit. n. 5. Molina de iustitia, l. 2. disput. 421. Morquecho de divisione bonorum, l. 2. per totum, Matienzo in l. 3. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, glof. 1. n. 1. ubi quod in societate omnium bonorum veniunt quæstus omnes ex quacumque causa obvenientes, etiam ex hereditate, vel legato vel donatione; secus in societate simpliciter contracta: ex quo inferit, societatem inter conjuges non esse omnium bonorum sed lucri, & quæstus, Bæza de dote, cap. 15. ubi an filia & socii sit dotanda de bonis societatis; de quo etiam Fachinæus lib. 8. controversiarum cap. 4. & lib. 12. cap. 13. & latissime Barbofa in l. 1. Digest. soluto matrimonio, quarta parte, num. 88. & 89. & 90. & 91. & sequentibus, & num. 119. ubi optime dictam resolutionem explicat, Morquecho de divisione bonorum, lib. 2. cap. 2. ex num. 17. & Cevallos quest. 189.

In societate omnium bonorum an acquiratur dominium, & possessio ipso jure absque traditione videntur sunt Covarruvias lib. 3. variarum, cap. 39. in principio, Suarez in l. 1. tit. de las ganancias, lib. 3. fo. i. de fisco, Quartus ulterius. Tellez Fernandez in l. 16. Tabri, num. 11. Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, glof. 3. ex num. 6. & optime explicans Pichardus in principio, Institut. hoc tit. ex num. 9. ubi tradit acquisita ante societatem transire absque traditione in dominium, & possessionem socii, non verò acquisita post societatem, nisi traditio interveniat, præterquam si nomine communi societatis acquirantur, tunc enim absque traditione communicantur quoad dominium, & possessionem, ut ex Matienzo supra, & Gutierrez lib. 2. quest. 118. num. 2. & aliis resolvit ipse Pichardus; ubi etiam addit cum supra relatis, quod lucra constante matrimonio quaerita inter conjuges statim, & ipso jure communicantur quoad dominium, & possessionem, quod latius prosequitur Matienzo supra, ex num. 10. per quatuor conclusiones, ubi num. 9. antecedenti tradit, quod de jure Regio in societate omnium bonorum transferret indistinctè dominium rerum omnium præsentium & futurarum absque traditione aliqua, sive nomine societatis, sive proprio nomine, eas acquirat socius: cum vide, & Valdesium ad Suarez dict. tit. de las ganancias, num. 58. ubi plures refert, & Oualdus ad Donellum. Lib. 18. ar. 12. notatis littera K. ubi etiam quod socius agit sine mandato, & Morquecho de divisione bonorum, lib. 2. cap. 2. num. 27. quem vides per totum cap. ubi latè explicat, quæ sit societas omnium bonorum, & quando tacite contracta videatur, & quæ debeant communicari inter socios omnium bonorum, vel eis imputari; & an communicentur in ea hereditates, vel legata & quod unus ex sociis consequatur ratione iuræ sibi illatæ; contra Jussum infra, & an de-

beant societati imputari quæ unus ex sociis in honorem filiorum expendit: de quo etiam videntur Petrus Ubaldis in suo tractatu de duobus fratribus, sex a parte, quest. 7. Barbofa in leg. si cum dotem, §. transgrediamur, Digest. soluto matrimonio, num. 41. & in leg. si constante, ibidem, numer. 135. Soula in §. actionum, cap. de societate, num. 12. Menochius consil. 375. num. 8. & de presumptionibus, lib. 3. presump. 56. numer. 39. Bolanus in Curia, secunda parte, §. seguro, num. 13. ubi an assurectio uni ex sociis facta profit alteri; Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, glof. 1. ex num. 29. Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 421. & Narbona de atate, anno 25. quest. 8. ubi quod iude prohibetur minoribus viginti quinque annis societatem contrahere absque tutoris seu curatoris autoritate, quia contracta societate, dominium ipso jure in socium transfertur, quod minoribus non permittitur.

Item an si pecunia capitalis amittatur, damnum debeat esse commune, vel tantum ejus, qui illam apposuit; vide supra citatos, & Covarruviam lib. 3. variarum cap. 2. num. 2. & Valerium, Reginaldum in praxi fori pœnitent. libro vigesimo quinto, tractatu quarto, cap. 19. ex num. 592. ubi quod pecunia perit illi qui eam apposuit.

Item an privilegium socii profit socio; vide Barbofam in l. 1. Digest. soluto matrimonio, tertia parte, num. 64. post Jalonen in l. 1. Cod. de transact. omnibus, & Padillam in l. 1. C. de diversis scriptis.

Item an soco filii spiritui possit pater aliquid relinquere; vide eundem Barbofam supra, 4. parte, numero 80. post Covarruviam de sponsalibus, secunda parte, cap. 8. §. 5. num. 11. Tiraquelum de retractu, lib. 1. §. 26. glof. 1. ex numer. 33. & alios.

Ad numerum 3. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Societatem omnium bonorum simpliciter contractam etiam extendi ad futura, ut hic resolvitur, docent, & explicant Mantica de conventionibus, lib. 6. tit. 9. num. 13. Tufchus lit. S. conclus. 283. ex num. 1. Gregorius Lopez in l. 3. tit. 10. part. 5. §. 1. & in l. 47. tit. 28. part. 3. Morquecho de div. bonorum lib. 2. cap. 2. num. 3. & sequentibus, ubi ait, quod si in cœunda societate bonorum, tantum præsentium mentio facta fuerit, futura non veniunt; Pichardus in principio Institut. de societate, ex n. 4. ubi docet societatem omnium bonorum dupliciter celebrari, aut hoc expresse acto, ut omnium bonorum socii sint; aut simpliciter, & indistinctè ut si dictum fuerit, placeat ut sumus socii; in priori enim casu, præsentia, & futura communicantur; in posteriori vero solum communicantur inter socios ea quæ ex questu acquiruntur, id est ex opera socii; Molina de iustitia, tom. 2. disputat. 41. num. 3.

Ad num. 4. ibi: Et resolutivè dico, &c.

Societate simpliciter contracta solum communicari inter socios bona titulo oneroso quaerita, non verò, quæ titulo lucrativo, ut hic resolvitur, docent Palacios Rubios in rubrica §. 65. ex num. 63. Challanæus in consuetudines Burgundiae, rubrica 4. §. 2. verb. Tous meubles, num. 6. Gregorius Lopez in l. 18. tit. 11. part. 4. Caldas in l. 1. §. cura-torem, verb. Sua facilitate, num. 14. Barbofa in l. 1. ff. soluto matrimonio, l. par. n. 37. Gutierrez lib. 2. quest. 120. ex num. 6. Felicius de societate, cap. R 3 113, ubi

12, ubi quod quæritur occasione societatis non communicatur, Guttierrez de tutel. 3. part. cap. 31. ubi quod illicitè acquirita non communicantur, de quo etiam Suarez tit. de las ganancias, num. 38. & 39. ubi Valdesius, Pichardus in principio, Infirm. hoc tit. numero 4. & 7. & optimè explicans Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 16. ex numero 1. ubi numero 6. explicat dictam resolutionem, nempe quod legata, hæreditates, donationes, & alia hujusmodi non communicantur in prædicta societate, præterquam si ejus contemplatione fuerint relicta, vel ipsa societas fuit causa proxima ut relinquenterentur, & per totum titulum latissime quætionem pertractat; Matienzo in l. 3. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, glossa prima, num. 2. Molina de justitia, tom. 2. disputatione 412. num. 2. vide etiam Noguerol allegat. 11. n. 122. ubi quod quaesita ex industria non communicantur, & alia.

Ibi: Unum tamen est, &c.

Si pactum fiat quod inter socios dividatur hæreditas justa, & legitima, hoc accipiendum est de hæreditate ab intestato, non de ea quæ provenit ex testamento: ita Gomezius in præfati, & sic etiam docent Alciatus libro 3. paradoxorum, c. p. 1. Menchaca de successorum creatione, in præfatione num. 7. & §. 10. numero 41. Pinellus in l. 2. Cod. de bonis matern. num. 4. Gregorius Lopez in l. 10. tit. 4. part. 6. obs. octava, Molina de justitia, tom. secundo, & disputatione 412. nu. 2. Pichardus in rubrica Infirm. de leg. tima. agnatorum successione, num. 1. & 2. ubi bene explicat.

6 Ad num. 1. ubi: In quo articulo magisterialiter, & resolutivè dico, &c.

Quando capitale est æquale, non valet pactum quod inæqualiter dividatur lucrum inter socios, secus quando capitale inæquale est. quando autem unus ex sociis ponit capitale, alius verò industriam, & laborem, tunc valet pactum quod lucrum æqualiter dividatur: in idem fieri debet, si nihil actum fuerit, ita resolvit Gomezius in præfati, & docent Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 4. ex numero 7. & 9. Covarruvias variarum lib. 2. cap. 2. num. 3. Tufchus littera S. conclusio e. 287. ex num. 1. Mozius de cont. & bus, tit. de societate, in principio, Pichardus in principio Infirm. hoc tit. num. 24. & sequentibus, ubi bene explicat: & in §. de illa, quasi per totum: Morla in emporio, tit. 8. quest. 25. ex num. 28. Molina de justitia, tom. 2. disputatione 425. num. 3. Lessius etiam de justitia, lib. 2. cap. 25. dubio 2. numero 20. & bene explicans Bonacina de contractibus disputatione 3. quest. 6. puncto 1. num. 2. ubi quod in societate omnium bonorum sit divisio æqualiter non habita ratione, an quis plus, vel minus posuerit: & in plus vel minus lucratus sit? & num. 3. docet quod in aliis societatibus particularibus divisio facienda est æqualiter cum proportione, habita ratione illius quod quisque contulit in societatem, ita ut si æqualem posuit portionem, vel industriam, percipiat lucrum æquale; inæquale verò, si inæqualem partem posuit, eum omnino videas, quia optimè declarat, & Scacciam de commerciis, §. 1. quest. 7. parte secunda, ampliatione 9. ex num. 2. §. 3. glossa tertia, ex num. 31. & Tiracellum de legibus Communial. fol. m. b. i. 46. ubi quare societas dicatur Leonina: de quo etiam Dominum Larream allegacione Fiscalis 33. num. 17. post Gailum lib. 3. observatorum, capite 24. & Covarruviam lib. 3. variarum, capite 2. versiculo, Secunda conclusio, vide etiam

Dominum Joseph. Vela dissertatione Hispanens. 2. num. 66.

Ibi: Ex qua regula, & doctrina, primò inferuntur, &c.

Secundò inferuntur, &c.

Non annullari contractum, sed pactum inæqualis divisionis; vel quodam sit conventio, quod alter habeat totum damnum, ut hic resolvitur, docent citati supra proxime, maxime Tufchus littera S. conclusio 28. ubi latissime explicat per ampliationes & limitationes, quem etiam videas Grotius, 285. ubi etiam late declarat, quando possit fieri societas disparis lucri: Mantica de lib. 6. de tacitis conventionibus, tit. 4. & 5. ubi etiam declarat & in tit. sequentibus, ubi n. finali, tit. 8. docet quod licita erit societas in qua partes conveniunt, quod unus ex sociis subeat periculum, & non alius, quando ille plus societati contulit, quod periculo ab alio suscepto respondeat. ex tex. in leg. si non fuerint, §. 1. Digest. pro socio: quod etiam declarat Molina de justitia, tom. 2. disputatione 415. num. 6. & Pichardus in dist. §. d. illa, Infirm. hoc tit. n. 19. & sequentibus, ubi ait, quod aliquando valet pactum ut alter socius non subeat periculum, licet partem lucri percipiat, nempe quando alter pecunias conferat, alter verò operas, & industriam: tunc enim qui operas contulit, pacisci potest alter periculum pecuniarum subeat, cum ipse operas etiam perdat; & etiam valere asserit, quando ei qui periculum pecuniarum subiturus est, major pars lucri adjudicatur in compensationem periculi, eum vide videtur, & in principio illius tit. num. 5. ubi ait quod tunc prædictum pactum infirmatur, quando grandis iniquitas relinqueret, non aliàs; & novissime Narbonam in tertiam Recopilatione, l. 1. tit. 18. §. 5. Recopilationis, gloss. 2. x. num. 9. ubi late explicat text. in leg. si non fuerint, §. ita coiri. Digest. pro socio: & §. de illa, Infirm. hoc tit. quorum omnium & aliorum opiniones in hoc conveniunt, quod prædicta, & cætera pacta quæ apponi solent in societatibus, ita sunt justa & observanda, si per ea partes ad æqualitatem referantur; ut etiam videri potest per Molinam tom. 2. disputatione 417. ubi explicat late, quando licitum sit pactum ut periculum totum capitalis ad eum pertineat, qui ponit operas; vide etiam Lessium ibidem lib. 2. dist. cap. 25. dubitatione 2. per totam, ubi late de societate, in qua alter confert operam, alter sortem, & de variis pactis in ea appositis, & Escobar computatione 22. ubi de computatione damni: quando unus socius posuit pecuniam, & alius operam & industriam, & nihil lucrum reperitur in societate; vide etiam Scacciam supra.

Ibi: Tertio inferuntur, &c.

Ustram committi, si quis det alteri pecuniam ex conditione, ut lucrum sit commune, & pecunia sit semper salva, ut docet Gomezius, tenent communiter Doctores, ut constat ex Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 8. numero 6. ubi declarat, Molina de justitia tom. 2. disputatione 415. numero 6. ubi etiam explicat, Pichardus in §. de illa, Infirm. hoc tit. num. 20. Morla qui plures refert in emporio tit. 8. quest. 5. num. 29. Narbona in 4. partem Recopilationis, l. 1. tit. 18. lib. 5. Recopilationis, gloss. 1. & 2. sed prædicta resolutio adhuc declaratione eget, quam optimè tradit Lessius de justitia, lib. 2. cap. 2. dubitatione 3. per totam; ubi probat dictam actionem licitam esse, modò procedat arbitrio servetur æqualitas; &

litas; & item etiam latissime prosequitur Narbona, supra dicto l. 1. tit. 18. lib. 5. gloss. 2. per totam quos omnino videas; & præcipue Narbonam ex num. 45. & per totam glossam, & post hæc scripta Carleval. de justitia tom. 2. disputatione 7. tit. 3. ex num. 27. ubi plerimos refert, & optimè declarat, post Gatum de creditoribus, tit. 7. cap. 2. quest. 5. ex numer. 1935. & Scacciam de commerciis, §. 1. quest. 7. parte secunda, ampliatione 9. numer. 3. & §. 3. glossa tertia, ex numero 36. vide etiam Cancerrum tercia parte, cap. 7. ex numero 324. post Petrum Navarum de restitutione, lib. 3. cap. 2. ex num. 442. & Reginaldum in praxi fori penitent. lib. 25. tractatu 4. num. 396. & sequentibus, & Gratianum discept. cap. 589. num. 11.

Ibi: Quarto inferuntur, &c.

Intellige ut supra proxime diximus, versiculo antecedenti, cum Lessio, & Narbona qui alios referunt, & materiam latissime explicant.

Ibi: Unum tamen est, &c.

Sponte datum ex remuneratione antidolati (ut aiunt) licite accipi potest, ita Sotus lib. 6. de justitia, & jure, quest. 1. art. 2. in 2. conclusione. Rodriguez de redditibus, lib. 3. quest. 4. num. 101. Molina de justitia, tom. 2. disputatione 310. num. 11. & sequentibus, optimè Lessius etiam de justitia, libro 2. cap. 20. dubitatione 5. num. 36. & sequentibus, & alii communiter, & Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 11. num. 70. & 78.

De societate cum pacto quod solvantur decem per centum per modum interesse, videas optimè Farinacium consil. 15. lib. 1. ubi etiam, quid si dictum pactum apponatur in casum solute societatis, & donec solvatur fors principalis? & etiam vide Carlevalium supra, numero 18.

7 Ad numerum 6. ubi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Tribus modis finiri societatem, primò ex voluntate partium; secundò, morte alicujus socii: tertio, lapsu temporis, per quod fuit contracta societas, ut hic resolvitur, docent Petrus Gregorius in Synagmat. lib. 27. cap. 4. ex numero 17. ubi late explicat modis quibus societas dissolvitur, late etiam Tufchus littera S. conclusio 306. & duabus sequentibus, ubi etiam ex quibus continuata præsumatur, agit Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, gloss. 1. ex num. 10. optimè Pichardus in §. manus, & §. solvitur, hoc titulo; ubi bene declarat omnes modos quibus finitur societas, & quid si unus ex sociis intempèstivè renuntiet, de quo Barboza in rubrica, Digest. saluto matrimonio, secunda parte, ex num. 49. & in leg. si filio, §. finali, num. 36. ubi de pacto de non recedendo à societate, Gratianus disceptationum cap. 276. & 279. & 547. eos omnino videas, Molina de justitia, tom. 2. disputatione 414. per totam. Farinacius consil. 15. lib. 1. ubi plura Escobar de ratiociniis, cap. 6. ex num. 57. ubi quod etiam morte civili finitur societas, & optimè explicat rationes quare ad hæredes non transeat; & quinque limitationes adducit, quas per eum videre poteris; & per totum caput. agit de rationibus reddendis per socios, & numer. 68. congerit casus in quibus ante præfinitum tempus societas finitur; de quibus etiam videndi sunt Avendañus cap. 4. Prætorum, num. 21. Mantica de tacitis conventionibus, lib. 6. tit. 23. ex numero 53. & tit. 25. per totum, & tit. 26. ex quibus conjecturis societas videatur reintegrari? quod etiam prosequitur

Menochius lib. 3. præsumptione 57. per totam, Oualdus ad Donellum lib. 16. cap. 23. in notis littera A. Bonacina de contractibus, dispart. 3. quest. 9. punct. ultimo, & late Morquecho de divisione honorum lib. 2. cap. 7. per totum, & cap. 8. ubi de renovatione societatis.

Ibi: Unum tamen est, &c.

Quod dissoluta societate ex partium voluntate, debeat hoc denuntiari, & intimari omnibus qui cum socio possunt contrahere, & si non sunt certi, debent certiorari per proclama, vel edicta, præterquam si pro certo tempore, vel cum certis qualitatibus, seu conditionibus fuerit contracta societas, tunc enim elapso tempore, vel absque conditionibus, & qualitatibus, contrahens cum eo, nihil agit, etiam si dissolutio societatis non fuerit intimata. Et idem esse observandum in procuratore, vel institute, ut hic resolvitur, docent Tufchus littera S. conclusio 306. ex num. 47. & littera P. conclusio 862. per totam, ubi ex num. trigésimo quinto, agit quid in revocatione que fit per mortem socij, de quo etiam Petrus Gregorius in Synagmat. libro vigésimo septimo, capite quinto, numero vigésimo primo, & alij plures relati supra, capite quarto, numero quarto, quos videas ad quætionem revocationis procuratoris intimandæ, vel non, & de solutione ei facta post revocationem, vel mortem dominij; & vide novissimè Salgadum in labyrintho creditorum, parte prima, cap. 38. ex numero 27.

Quod socius conveniri non possit ultra quam 8. facere potest, & quando possit incarcerationi; & alia, agit late Escobar de ratiociniis, cap. 35. ex num. 9. Menochius de arbitrar. casu 337. num. 21. Petrus Gregorius in Synagmat. lib. 27. cap. 4. num. final. Valascus consultatione 98. Vincentius Filliucius in suis quætionibus moralibus, tractatione 38. cap. 2. quest. 2. & seqq. Molina de justitia, tom. 2. disputatione 413. ex numero 2. & late Guttierrez de iuramento confirmatorio, 3. parte, capite 15. Pichardus in manducationibus, secunda parte, præcepto 9. Scaccia de commerciis, §. 7. gloss. 5. numero 125. & an socius? possit accusare socium? Gregorius in leg. 4. tit. 2. part. 3. glossa 1.

Quando autem socius teneatur ad debita contracta per socium? vide Barboza in l. 1. Digest. soluto matrimonio, 3. parte, numero 57. & sequentibus, ubi etiam an socius teneatur ratione contractus, cui contradixit numer. 62. & in l. si constante, numer. 49. Valascus consil. 98. Suarez in l. post rem judicatam, in declaratione l. Regni, Vers. Visum est: ex num. 9. ubi de modo satisfactionis in hoc casu.

Socius non solvens socio reficienti rem. communem, expensas pro sua parte intra quatuor menses, amittit dominium, ut explicat Garcia de expensis, & melioration. cap. 19. num. finali, Bolanus in Curia; 2. parte, §. navez, num. 19.


Item vendens mercetis credita pecunia sociis, vel alius creditor societatis quod præferatur in bonis in ea lucratis, creditori particulari unius ex sociis, vide Hermosillam in leg. 49. tit. 5. part. 5. glossa 7. numer. 9. versiculo, Quæ tacita societas, & c. post alios ab eo relatos, ubi etiam quid dicendum in societate inter conjuges: post Ayoram de partia 1. parte, cap. 3. in fine, & Cancerrum variarum, lib. 3. cap. 1. num. 167. Matienzum in l. 6. tit. 9. lib. 5. Recopil. glossa 2. num. 2. & alios.

Item de societate pecorum cum pacto quod quolibet anno mortuo renouentur ex festibus natis, vide Farinaciorum decisionum criminalium libro 2.

2 decifore 255. & late Reginaldum in praxi fo-
ri penitential. lib. 25. ralfaru 4. numero 401. &
fequentibus, post Silveltrum, verb. Societas 2.

13. Item de societate in conductione reddituum
regal. vel Reipublice Gurtierrez lib. 4. practico-
rum, quest. 59. Avendanus secunda parte. 12.
num. 16. in cap. Prætorum & post eos Carleval. de
judiciis, lib. 2. d. fputatione 10. ubi quod flicus,
vel Republica possunt convenire executivè so-
cios suorum conductorum in solidum, præter
quam si in tertia, quarta, decima, vel alia parte
determinata, sint locii.

14. Item an actus qui non valeat jure societatis va-
leat jure conventionis? vide Cevallos, quæstio-
ne 197.



CAPUT VI.

De contractu mutu.

SUMMARI.

- 1 Quomodo celebratur mutuum.
- 2 Filius-familias an & quando teneatur ex contra-
ctu mutu.
- 3 An contra instrumentum Guarentigium possit op-
poni exceptio de non numerata pecunia.
- 4 Si confesso debiti emanavit ex causa de præterito,
an habeat locum exceptio de non numer pecunia.
- 5 An habeat locum exceptio de non numerata pecu-
nia in ultima voluntate.
- 6 An debitor post biennium in quo debebat intinere
exceptionem de non numerata pecunia, reman-
eat obligatus civiliter & naturaliter.
- 7 An debitor post biennium possit probare sibi non
esse numeratam pecuniam.

PRINCIPALITER, & secundo dixi quod
contractus celebratur re, & breviter & resolu-
tively dico, quod contractus, qui celebratur
re, est ille ad cujus validitatem & perfectionem
non requiritur solemnitas verborum, nec consen-
sus formalis detorminatus, sed principaliter
traditio rei ut mutuum, commodatum, depositum,
& similis contractus: quia ipsa res principaliter
designat, in quo, vel quanto contrahatur obli-
gatio, textus est in l. 1. §. 1. ff. de action. & obli-
gat. textus in l. 1. & per totum Cod. eodem titul.
textus est notabilis in l. 1. & per totum ff. & Cod.
commod. textus in leg. 1. & per totum, Cod. de
cond. indeb. textus in §. 1. & per totum, Institur.
quib. mod. re contrah. obligat. textus in leg. 1. &
per totum titul. 1. & §. 1. s. part.

Ex quo deducitur, & inferitur, quod si debi-
tor vel recipiens promittat quid aliud restituere,
vel ultra ipsam rem, censetur usura & non te-
netur restituere, ut ibi habetur. De quibus
contractibus breviter & particulariter videamus.

In primis se offert contractus mutui, qui sit
& celebratur, quando quis mutuat, & tradit al-
teri pecuniam, frumentum, vinum, oleum, vel
rem, & que pondere, numero, vel mensura consi-
stunt, & in genere suo a recipit functionem, ut
statim fiat accipientis, & tantandem reddat de
illo genere, textus in l. 2. & quasi per totum ff. si

cert. per. textus in l. 1. §. mutui autem dato, ff.
de act. & oblig. textus in §. 1. Institur. quib. med.
re contrah. obligat. Cujus ratio est: quia non possit
recipiens uti re sine consumptione, & sic neces-
sario transit dominium propter promissum usum,
& publicam utilitatem. Et quia nullum
præjudicium ex hoc fit partibus, imò utrique re-
sultat commodum, & utilitas: quia cum pos-
sint consumi, & perire creditori danti, resultat
utilitas. Item etiam debitori, quia cum sint ta-
les res, quæ ferè omnimodam similitudinem &
functionem recipiant in genere suo, potest tan-
tundem reddere, solvere, & æquipollenter vi-
detur eadem res soluta; in aliis verò rebus con-
sistentibus in specie, potest dari usus, salva
substantia ejus, ut in equo, libro, & aliis spe-
ciebus: & vix potest una reperiri quæ sit om-
nino similis alteri. Undè merito non transit
dominium in accipientem, sed simplex facultas
utendi, qua finita, tenetur reddere, & solvere
eamdem rem, & speciem, aliàs non liberatur; &
ideo in eis non consistit mutuum, sed depositum,
commodatum, precarium, locatio, vel similis
contractus.

Et in terminis istam doctrinam, & resolutivam
conclusionem probat textus in l. 2. §. 1. ff. si cert.
per. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Bartol. Bald.
Paul. & communiter Doctores. & melius quam
alibi, ponit Abbas Panor. in rubr. de usur. secunda
columna. Ex quibus inferitur, quod non sufficit
quod debitor reddat tantundem in suo ge-
nere, sed oportet quod sit ejusdem bonitatis, &
qualitatis. Item b deducitur, & inferitur, quod b
si post contractum & valor & pretium rei crevit,
vel decrevit, sine culpa & morte debitoris, dam-
num, vel commodum pertinet creditori: quia
solvendo tantundem in suo genere liberatur, nec
attenditur illa qualitas extrinseca, distincta &
separata à substantia rei, textus est formalis, &
expressus in l. cum quid ff. si cert. per. & ibi notat
& declarat Bart. & communiter Doctores, Bald.
qui subtiliter loquitur in l. vinum, eod. titul. & ibi
communiter doctores.

* Item inferitur quod sufficit quod ex post fa-
cto reddat & solvat debitor eandem pecuniam
vel rem quæ consistit in numero, pondere vel
mensura quam recipit ab ipso creditore: quia
jam illa non eget, vel postquam consumpsit &
alienavit in aliquem reversa fuit ad se ex aliqua
causa, & eam tradidit & solvit creditori, quia va-
let solutio & liberatur. Nec obstat textus in l. 1.
ff. si cert. per. ubi probatur quod si eadem pecunia
vel res reddatur, non est mutuum, sed commodatum
vel depositum, quia debet intelligi quando
ex conventionem partium fit, & ita tenet & de-
clarat Specul. Odofred. in l. 2. ff. si cert. per. colum.
2. post antiquos.

Quod tamen limita & intellige, præterquam
in filio familias: qui si recipit mutuum tempore,
quo est in patris potestate, non tenetur in effectu.
Quia licet obligetur tam civiliter, quam natura-
liter, tamen potest opponere exceptionem Mace-
doniani, per quam non tenetur solvere: cujus
causa fuit quidam publicus, & crudelis fenerator
Romanus, vocatus Macedo, qui filiis fami-
lias egenibus mutabat pecuniam & postea ære
alieno, & illo debito oppressi, indubiabantur
morte parentibus, & eos interfeciebant, ut in he-
reditate succederent, & haberent unde solvent, &
liberarentur. Quo viso & cognito, Senatuscon-
sultum populi Romani disposuit, & ordinavit, ut

ut nemo possit mutare filius familias, alias com-
perat eis exceptio propter evitandam mortem
parentum, textus in leg. 1. & per totum ff. ad
Maced. textus in l. 1. & per totum, Cod. eodem
titul. textus in §. iud. Institur. quod cum eo,
& idem disponit l. 4. cum leg. i. vol. 1. §. part. &
ita declarat azo in summa, Cod. ad Maced. Odo-
fred. & antiqui in d. leg. 1. ff. eodem titul. Et quod
teneatur civiliter & naturaliter, sed obstat ex-
ceptio, tenet Gloss. ordinaria in d. l. 1. ff. eodem
titul. in verba pretio, & ibi Bart. & communiter
Doctores, Gloss. ordinaria in rubr. Cod. de non
num. pecun. & ibi Doctores, Bartol. magistrali-
ter in l. cum lex ff. de fidejuss. fin. colum. num. 9.
Et si dicas, quare non idem statuitur in aliis con-
tractibus? ex quibus filius familias efficaciter
obligetur, cum militet eadem ratio, Respondeo,
quod specialiter hoc statutum est in mutuo prop-
ter ejus frequentiam; nec obstat, si dicas, quod
inter nos Christianos videtur cessare ista ratio &
inconveniens, cum non sit præsumendum tam
detestabile crimen, ut videbatur tenere Abbas
in cap. quia plerique, de imm. eccl. 1. col. quia
satis est, quod ex ista causa justa ratione præ-
dicta lex fuit condita, quæ licet non contingat
semper est in viridi observantia, ut in l. Aiani
Cod. de hered. & hodie expressè est approbata
per d. leg. part. Ex quo inferas quod etiam ho-
die & poterit filius cum apponere cum bona con-
scientia, & in terminis ita tenet Innoc. in d. l. cap.
quia plerique. 1. col. & ibi communiter Doctores,
Bartol. in extravagan. ad repromissum, in verbe,
denunciationem. 2. columna. Quod primo extende,
ut procedat, etiam si filius renunciet prædicto re-
medio, & exceptioni: quia non est principa-
liter inducta suo favore, sed alterius textui, vel
partis. Ita probat textus in leg. tamen si, ff. ad
Maced. & ibi tenet Gloss. ordinaria & commu-
niter Doctores. Secundo notabiliter, extende, ut
procedat etiam si filius juret: quia licet teneatur
de facto solvere timore juramenti; tamen potest
repetere, vel si de facto nolit solvere, petat ab-
solutioem ad cautelam, Ita Bartol. in leg. si quis
pro eo ff. de fidejuss. 4. colum. in fin. Contrarium
tamen tenet Joan. de Imol. in cap. cum contingit
de jur. r. numero. 66. ubi tenet, quod valet jura-
mentum, sed in hoc potest dari talis concordia
prebabilis, quod in vita patris non obliget jura-
mentum postea verò sic, quasi cesset ratio. Ita
dicit & tenet Faber in §. quia diximus, Institur.
quod cum eo, & confirmari potest ex doctrina
Innoc. in cap. scriptura, de voto, ubi tenet, quod
votum filii in vita patris non obligat, postea verò
sic. Tertio extende, ut aliàs exceptio etiam com-
petat tam in vita patris, quam post mortem Item
hereditibus, & fidejussoribus, textus est in l. sed
Julianus, §. fin. verbi. fin. ad Maced. textus in l.
sed si pater, §. non solem eodem tit. & ibi doctores,
& textus in l. A. titul. 1. §. part. Quarto extende
ut talis exceptio possit opponi, etiam post sen-
tentiam diffinitivam, textus est in leg. tamen si, ff.
ad Macedon. Nunc verò limita, & intellige præ-
dicta jura, ut non procedant in filio, quia ha-
bet bona castrensia, vel quasi: quia efficaciter
obligatur, & tenetur solvere, textus est in l. 1.
§. fin. cum l. leg. ff. ad Maced. textus in l. fin.
verbi. per. & fin. Cod. eodem tit. textus in d. l. 4.
in fin. tit. 1. §. part.

Secundo limita, & intellige, quando mutuum
fit in sola pecunia numerata: non vero in aliis
rebus, etiam quæ pondere, numero, vel men-
sura consistunt, ut in l. 1. §. part. ff. de mutuo.
An. Gomezii Variar. Resol. Tom. II.

sura consistunt, nisi eo pacto ac conditione den-
tur, ut vendantur & pecunia ex eis redacta, con-
vertatur in mutuum, textus est in l. sed Julianus, §.
mutui donatio in ff. ad Maced. Ex quo collige,
quod in odiosa & stricta materia appella-
tione pecunie venit tantum pecunia numerata, non
verò alia res.

Tertio limita, præterquam si filius publicè
reputabatur sui juris, & pater familias, scilicet
quod non vana opinione creditor sit deceptor,
textus est in l. 3. ff. ad Maced. in d. l. 4. titul. 1.
§. part.

Quarto limita, præterquam si tempore con-
tractus filius familias dixit se patrem familiàs, &
sui juris, textus est notabilis in leg. 1. Cod. ad
Maced. & ibi communiter Doctores. Quod in-
telligi, quando creditor habet justam causam
credendi, puta quia erat ignotus: vel ex longin-
quo, taliter quod conditionem suæ personæ non
potuit inquirere, vel erat homo senex, vel jura-
vit se patrem familiàs, vel aliàs. Secus tamen est,
si non habuit aliquam justam causam credendi,
quia non excusatur.

Quinto limita, præterquam si filius familiàs
esset debitor ex alia justa causa, puta venditionis,
locationis, vel alterius contractus & pecunia de-
bita fuit conversa in mutuum, quia non juvatur
Macedoniano, cum subsit causa vera primordia-
lis, in qua sub egatur mutuum, textus est in l. 3.
§. 1. ff. ad Maced.

Sexto limita, præterquam si sit fidejussor alterius,
ex causa mutui: quia non juvatur, nisi col-
lor sit quæsitus, quia fortè pecunia pervenit ad
ipsum, & alter obligatur tamquam principalis:
iple verò tanquam fidejussor, textus est in leg.
item filius famis. ff. ad Maced. textus in leg. sed
Julianus, eodem tit. textus in §. Item si duos, ejus-
dem legis.

Septimo limita, præterquam si jussu vel con-
sensu patris accepit, textus est in leg. si tamen,
ff. ad Maced. textus in l. 2. Cod. eodem tit. textus
in leg. 6. titul. 1. §. part. Imò etiam post con-
tractum approbaverit: textus est in leg. fin. Cod.
eodem titul. vel etiam si tacite approbatur solvendo
partem debiti, vel si ipse filius approb-
avit contractum tacite, vel expressè post mortem
solvendo partem pecunie, textus est in leg. Ju-
lianus, §. 1. ad Maced. Ex quo nota, & collige,
quod si quis solvat partem debiti, quod po-
terat contra aliqua exceptione, videtur in totum
de novo approbare, & nullam poterit exceptio-
nem opponere, facit text. cum materia, in leg.
non dubium, in fin. Cod. de testament. textus in
aub. si d. cum ristaror, Cod. ad leg. Falciã. textus
in l. cum fidei, C. l. de non num. pecun. textus
notabilis cum materia, in l. 2. Cod. metus
ca. 1.

Octavo limita, præterquam si talis pecunia sit
vera in utilitatem patris textus est in leg. Sed
Julianus, §. pro de, ff. ad Macedon. textus in
l. 2. Cod. eodem tit. textus in l. 1. & per totum, ff. de
in rem vers.

Nono limita, præterquam si filius causa flu-
diarum accepit pecuniam: quia tenetur pater,
quasi de ejus voluntate contractus fiat, cum mi-
serit eum ad studium. Et idem est, si præsuppo-
suit eum alicui negotiacioni, & ejus causa re-
cepit mutuum, textus est in leg. sed Julianus,
§. pro reat, verbi quod dicitur, ff. ad Macedon.
textus in §. quænam, ejusdem leg. textus in leg.
Macedoniana, Cod. eodem tit. Quod intellige,
quando